 Illa non

de ore fratris sui et uolare in celum. Pergens autem sacerdos ad
demonem dicens hoc. At ille: ego non deseram hunc filium
tuum quia deus suus numquam recessit ab eo plene sed ad
hoc adiuuat illum. Et ueniens sacerdos dixit fratri: non possum
tibi dare quia deus tuus adhuc adiuuat te. Hec autem
audiens frater ait intra se: En tantam bonitatem osten-
dit in me dominus cum ego infelix negauerim illum et bap-
tismum et spiritum ut adhuc adiuuet me cum tam grande peccatum monachi
commiserim. Cur ergo recedam ab eo? Et ipse ipsum reuersus
sus recepit a sobrietate mentis et ueniens in heremum
ad quendam magnum senem et narrauit contingentia sibi
rem factam. Et senex respondens dixit ei: Sede mecum hic
in spelunca et ieiuna tres ebdomadas continue et ego
orabo pro te. Et laborauit senex pro fratre et deprecatus est de-
um dicens: obsecro domine da mihi animam hanc et suscipe peni-
tentiam eius. Et exaudiuit deus orationem eius. Et cum ieiunasset frater ille
tres ebdomadas uenit ad eum senex ille interrogans si aliquid
adhuc de misericordia dei sensisset. Frater respondit: uidi columbam de
celo uenientem et in os meum intrantem. Ergo senex gratias agens
deo precepit dixit fratri: Ecce suscepit deus penitentiam tuam. De cetero at-
tende tibi et semper et semper esto sollicitus. Et dimisit fratrem dicens: Ecce amodo
tecum ero donec moriar. Unde fratres karissimi est ut ambo perseuerantes in fa-
mulatu dei immobiles persisteret tunde abdomine in domino
Ihesu Christo. amen. deo gratias. De demonum recitacione
S Dicebat quidam de thebeis senibus quia filius quidam erat
cuiusdam sacerdotis ydolorum et cum ipse adhuc paruulus sede-
ret in templo et uidisset patrem suum frequenter ingredientem sa-
crificia offerre ydolo et quod semper post eum occulte intrauit quo-
dam die uidit sathanan sedere in throno et omnem mi-
liciam astare ei et ecce unus de principibus eius ueniens ado-

plenius nota